






EX · MVSÆO ·
ANI NON
MVS RES
HVTHII


GAUDEO


BOUND BY RIVIERE & SON.





Habes lector: hoc libello.

RVDOLPHI AGRICOLAE IVNIORIS RHETI, AD IOachimum Vadianum Heluetiū Poetā Laureatū, Epistolam, qua de locorum non nullorum obſcuritate quæſtio fit & percontatio.

¶ Ioachimi Vadiani Heluetii Poet. Lau. ad eundē Epiſtolā, qua eorum quæ priori epiſtola quæſita ſunt, ratio explicat.

Ea vero ſunt.

¶ Quid Pli. cap. 2. libri ſeptimi: per Dodrantem intelligat, ubi de Pygmæis ſcribit: & ibidem de Pygmæis pulchra.

¶ Quid idem per Vnciam: cap. 16. intelligat, cum Gabbarē ſcribit longitudinem habuiſſe nouem pedum & totidem Vnciarum.

¶ De Antipodib9 q ſint: & quomō ſint, pulchra diſputatio

¶ Quæ cauſa Auguſtinum ad negandum Antipodas eſſe impulerit: & an recte negauerit.

¶ An Lactantio in Antipodū refutatione danda ſit fides? & inibi quam temere aliquando idem Autor, de rebus non ſatis ſibi compertis diſſeruerit.

¶ Macrobiū & priſcos fere, in Antipodū ſitu lapſos fuiſſe.

¶ De lacu Acronio & Veneto, quos Rhen9 fundit pulchra: & quod apud Melam libro tertio, nō Acromus ſed Acronius legendum ſit.

PRAETEREA.

¶ Locus Lucani ex libro ſexto de Dorio.

¶ Locus Virgilii ex primo georgicorum de uertice Auſtrino.

¶ Locus Ciceronis, ex libro Somnii, de Antipodibus: et plæraqꝫ alia, lectu ſcituqꝫ admodum digna.

CONRADVS SCIPIO LECTORI.

Lector in his ſi diſplicuere inuenta, repente
Diſpeream: dubitas? pellege, certus eris.

RVDOLFVS AGRICOLA IVNIOR RHETVS. Caſpari Vrſino Syleſio, inſigni Poetæ. S.D.

DEDICO EGO tibi mi Caſpar, laborem minimũ, quo in ſcribendis literis, ego & Vadianus uti ſolemus, niſi enim quod ad me attinet, extemporariũ dicerẽ, qđ ad amicos ꝑferendũ lr̃is includo, plane mihi ipſi nõ iniuria uideri poſſẽ iniurioſus, qui aliud q̃ res habeat affererẽ. Idem & Vadianũ ſolere per hos ꝓximos mẽſes, quibus ꝯtubernio ſuo mihi dať perfrui quottidie experior. At quur (ais) nõ grãdia nobis dicas potius? paruo enĩ ea eſtimari noſti, q̃ facile ad manum ſunt. Qui ſcis, Caſpar, an maiora apud me ſupſint debita tibi? id quod & ingeniũ tuũ & eruditio, oĩm bonoꝝ ſtudioꝝ acceſsione in te parta mereť. Quanq̃, ut qđ ſentio dicã ne hæc quidẽ a te cõtemni uolo, eſto ſubito fortaſsis labore parta ſint. Cauſa eſt ꝙ ingenia paulo acutiora & peritiora tenui ſæpe labore ea quæ ab minꝰ eruditis magno ſudore uix excogitari poſſent, edere ſolent, digna doctoꝝ & tui ſimiliũ lectiõe. An de me loquar quæris? Nõ equidẽ ſed de Vadiano noſtro, cuius tibi eruditio & humanitas perinde ac mihi nota eſt. Poſtremo quia & me & Vadianũ pari amoris officio cõplecteris, perſpectũ erat mihi te utriuſqꝫ Idilliis hoc eſt ſubciſiuis horis ꝯſcriptis animi laxamẽtis, oblectatũ iri. Valebis, legeſqꝫ iſta aliis nõ ut Anagnoſtes ſed ut Cẽſor.

VIENNAE.

RVDOLFVS AGRICOLA IVNIOR RHETVS. IOAChimo Vadiano Poetæ a Cæſare Laureato. S.D.

SALVVS ſis mi Vadiane, lr̃as tuas cordatas, elegãtiſsimaſqꝫ ad decimũ Kaleñ. Septẽb. accepi, quibus ꝓ ſingulari tua in me beniuolẽtia, mutuoqꝫ inter nos amore, meã tibi ualetudinẽ gratiſsimã eſſe ſcribis, ingratus ꝓfecto, & iuſta quidẽ ratiõe dici poſſem, & Timoni Atheniẽſi nõ uſquequaqꝫ abſimilis, ſi in amicitia noſtra officioſus nõ ſim, tibiqꝫ uiro integerrimo: doctiſsimoqꝫ gratas gratias nõ agerẽ, qui quum ſis acerrimo iudicio, ſingulariqꝫ prudẽtia (faceſſat adulatio) inſigniter p̃ditus, hoĩes tñ lõge te quocũqꝫ reſpectu inferiores genuina quadã gratia tibi reconcilias, & diẽ noui amici nunq̃ perdis, Quoꝝ in nũero me primũ eſſe igenue fateor,

quē incredibili eruditiōe,uirtutibusq́ tuis dignum feceris, quū literis ultro citroq́ datis,amicitiæ auspicia (quā nullū unq̄ æuū labefacturū sit) auspicatissima captare cepimus. Nō me fugit q̄ sis pspicacissimo ingenio,qua facūdia,dign⁹ pfecto es,cui in oībus cōplaceant oēs:si qđ exoptas, aliqui ex oibus exequi ualeāt.Scio em̄ q̄tum heroico stilo insurgas,& eloquētissimis certes,& uincas,quia & pugnare & superare potes.Vtinā ea mihi diuina quadā uirgula facultas dareť tecū uiuēdi,tecū emori uellē, qd em̄ p deū imortalē hoī litteraꝶ studioso aut magis expetitū aut antiqus ꝯtingere posset? q̄ hoc familiariter amico uti & cōmorari, qui in oī disciplinaꝶ genere excellēter doct⁹, & de lr̄is optime merit⁹ sit.Vnde illud eueniat,ut doctissimis qbusq́, qui se tuæ familiaritatis cōmercio oblectarit nō possis nō esse amabilis,sed ne hac laudū psopopeia amicissimū amicū(qm̄ nihil a te magis alienū esse studes)lacessam potius q̄ demerear.Peto abste mi Vadiane,si mō exēplariū apud uos copia sit,ut institutiōes Rhetoricas Fabii Quintiliani typis Aldinis effigiatas q̄ citissime habeā. Soleo em̄ interdū etiā a doctissimoꝝ scriptoꝶ lectiōe me abdicare:q uel īcuria Calcographoꝶ uel tēpoꝶ iniuria deprauati tenebras(ut diciť) Cimerias & inextricabiles errores p̄ se ferūt. Quā uellē, ut nr̄a hæc ætas plures Aldos sortita eēt,qui ad ueterū scripta diligētius imprimēda,elimatiusq́ in publicū studiosoꝶ usū danda incitarenť,forsitan latinæ linguæ iactura magna ex parte reparari posset.Et ut unde digress⁹ sum reuertar.Videť mihi Quintilian⁹,scriptor iste grauissimus nō ea solū q̄ ī erudiēdo Rhetore fidi traditoris sint, sed & q̄ ad uniuersā latinitatis elegantiā, sentētiarūq́ grauitatē multū ꝯferūt, p̄cepisse. Et pfecto cui Quintiliani lectio placet (id qđ ipse de Cicerone libr.x.scribit) is se pfecisse intelligat. Cæterū, optime Vadiane,dū Cracouiæ studio philosophie addict⁹, lr̄as a te(ut par erat)habere nō potui, ignosces, si uicinus, utpote in Vngaria ex arce Reuern̄.Card.Strig.& Patriachæ Cōstantinopolitani te lr̄is meis illiteratis aliqn̄ puocē,oēmq́ animi mei sententiā tibi enucleatius declarē, neq́ em̄ in principalib⁹ istis curis,occupatiōibusq́ eā bonis lr̄is impartiri operā possū,q̄ aīo meo satisfacere uidereť. Quū tu aūt doctissim⁹ sis:& īter prīcipes lr̄aꝶ quotidie uerseris, tātaq́ diligētia & oīm admiratōe prīæ classis scriptores in Musæo

Viennensiũ interp̄teris,ut quædã etiã in eis loca obscurissima paucis uel nullis ante hac bene uisa ꝑspectaq; luce clari⁹ aperire:oĩm qui te audiũt ore dicaris. Rogo te plurimũ ut Aulico Strigoniẽsi & plurib⁹ occupato negociis ꝓ tua ĩ me hũanitate in re lr̄aria succurras.Quũ eñ(ut soleo) aliqñ Pliniũ in naturali historia reuoluerẽ,scriptorẽ rerũ naturæ cõsultissimũ,incidi casu in locũ quendã nõ, ut mihi uidebať, paruæ difficultatis,quẽ sicco(ut in ꝓuerbio est) pede quosdam p̄teriisse satis compertũ habeo.Verba Plinii sunt ca.ii. lib.vii.ubi de diuersitate figuræ gentiũ loquiť,sup hos dicens,extrema in parte mõtiũ Spithamei pygmei narranť: ternas spithanas lõgitudine hoc est ternos dodrãtes nõ excedẽtes.Vbi quũ spithamã per dodrantẽ interp̄teť,uelle uidetur dodrantẽ & spithamã idem esse,uerũ quur spithama dodrãtis nomẽ habeat aut unde appellatiõis origo ueniat nõ potui in prõptu habere,occupatus præsertim, & rebus pressus illiberalib⁹.Cogor eñ sæpe inuita(qđ aiũt)mineruã id agere,qđ nõ plane meæ ꝓfessionis,ab institutis tamẽ me studiis arcet.Istud me nunq̄ latuit dodrantẽ nouẽ uncias esse idest assem quadrãte dẽpto, ex eo tñ quur dodrans palmus uel spithama dici mereret,nõ habui,peto te mi Vadiane uelis me reddere certiorẽ,si aliquid apud te sit super ea re explorati.Præterea illud Persianũ ex satyra prima.Sic costã longo subduximus Apẽnino,me torquere ac emacerare nõ desinit,quotquot eñ interp̄tes aut legi aut audiui (qđ eoꝝ pace dictũ uelim) nemo fecit mihi hactenus satis, tãta siquidẽ inter eos diuersitas est,ut ipsoꝝ in exponendo discordia locũ obscurũ demõstret. Et quoniã te hyeme superiori Persii Satyras diligẽter admodũ interp̄tatũ fuisse accepi,multa etiã aliter q̄ plæriq; soleãt, enodasse, uellẽ scire an ne hoc Persianũ ulcus,uel splenio uel malagmate curasses si quid est apud te,quo me liberari scrupulo putaris, fac habeã.Postremo(ut tibi hæsitantẽ animũ in uniuersum detegam)de Antipodibus magna mihi quæstio est:quũq; sim Dauus nõ Oedipus,ut ille ait,uellẽ te Oedipi partes uẽdicare,& me Dauũ tuũ hoc est obsequiosissimũ amicũ in hac re nõ undiquaq; firmatum,liberare dubii angustia, ut ego quoq; aliis deinceps nõ Dauus sed Oedipus esse queã. Lactantius Firmianus,cuius lectiõe ob mirã quandã sententiarum acrimoniã,elegantẽq; uerboꝝ structurã, multum me

oblectare soleo/Antipodes esse negat capi.xxiiii. libri.iii. Idem Augustinus libro.xvi.cap.ix.scriptū reliquit. Plinius, Pomponius,Strabo,Macrobius,aliiq; cōplures nō negant, quanq̄ diuersimode de ipsis loqui uideant. Cū his iā enumeratis scriptoribus sentit inter Neotericos Laurētius Coruinus præceptor meus amātissimus,cui ob singularē eruditionē & humanitatē eam fidē habeo indubitatā, quā olim Catoni antiquitas,mihi tñ a doctoribus nostris idest ecclesiæ principibus desciscere difficile est,difficillimū aūt Plinio & pnominatis aliis fidem nō habere. Et interim mihi molestissimū est hærere in uado,nec scire utrā partē sequar tute. Tu si nō potes mihi adeo festināti satisfacere,ut uelles copiose & ad unguē,fac saltem habeā,quo me tuear:eleuemq;, donec Viennā uētur⁹ ore tuo erudiar.Nō me præterit qua diligentia Pomponii Melæ libros de situ orbis æstate pximma studiosis professus fueris.Si mihi interesse licuisset,fortassis non dubitarem,Verū quoniā dubito,absentiā meam quæ necessaria causa retēta est,quominus damnosa uideat literaꝝ tuaꝝ præsentia solare.Vale Athletice,Istrogani Pānoniæ inferioris, ex arce Reuerēdissimi Cardinalis Strigoniensis octauo Kalend.Septembris Anno salutiferi partus. M.D.XIIII.

Faceres mihi rem admodum gratam si de Lacus Acromi & Veneti uocabulis, causisq; eorum, quod prioribus literis meis ex te petierā,fierem tuo studio certior, nescio an illæ perlatæ sint,noui equidem quanta sit Tabellarioꝝ fides, Si ad te peruenerunt finito etiam his ipsis te prouocari ut uel hac parte uoti sim cōpos. De Carmine Lucani libro sexto, quod iamdudū tibi breui epistola indicabā, forsitan oblit⁹ es,aut idem sentis quod ego,idipsum scilicet emunctū esse & castigatū,interpretibus Sulpitio & Leoniceno non aliud affirmātibus, sed ut quæstionem de eo instituerim arguta fecit interrogatio Pannonis cuiusdā:uiri,ut intelligebā nō indocti & inter Aulicos domini mei Cardinalis æstimatiōis non postremæ qui eo animo de isto poetæ loco me sciscitari uisus est,ut non dubitarit corruptū esse,quæ tua sit de eo sententia fac sciam. Vale iterum.

IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS, POETA A Cæs. Laureatus. Rudolpho Agricolæ Iuniori, Rheto. S.D.


RATAE ADMODVM ISTAE GRATIAE FVE-
runt, quas egisti mihi proximis lr̃is tuis Rudol-
phe, ꝙ paulo diligẽtius & ut amicum decebat,
enixe de tua ualetudine certior esse cupiebam.
Ego, postq̃ rumore quodã, ad me perlatũ erat, te cũ Craco
uiam egressus Istrogranũ uenisses, in graué morbũ incidis-
se, uix dixero quantũ animo ꝯsternatus fuerim, nã & dolui
impẽse, & pro tua incolumitate Diis ĩmortalibus uota nũ-
cupaui, eadẽq; lectis ꝓxime lr̃is tuis, persolui, ꝙ leuiuscula
febri perculsum, ex integro cõualuisse intelligebã. Quæris
quæ causa sit? Nõ ea quidẽ, quasi mihi de facie notus, paulo
ampliorẽ mecũ per mutuã uitæ cõsuetudinẽ, familiaritatẽ
cõtraxeris, quo bono, utpote primo amicitiæ glutino, am-
bo hactenus priuati fuimus, partim locoꝝ iteruallo, partim
conditionũ nostraꝝ ratiõe, ut puto cogẽte. Sed ob id ma-
gis, ꝙ tuæ mihi literæ eruditiõis & hũanitatis testes indi-
cesq; extitere, quãdiu istud gratæ noticiæ inter nos oblecta
mentũ durauit: in quibus ꝑter elegantiã quã tibi ꝓpemo-
dum peculiarẽ esse aniaduerto, ꝑterq; oĩa hũanitatis & a-
moris officia, ꝑspicacis animi tui indefessa, in rerũ scitu dig-
narũ ꝑquisitione, sollicitudo cognoscit: qua soles, quasi ig-
norãtiæ impatiẽs, adeo indies magis ꝓuocari, ut ex his q̃re
re & sciscitari nõ ducas erubescendũ, quib⁹ doctrina, tolle-
rantiaq; studioꝝ, si nõ superior, certe nõ impar es. In quoꝝ
numero me cũ primis statuo, tenuis eruditiõis & nulli ꝯsi-
lii hominẽ, qui tamẽ cõpluria quæri abs te ꝓhumaniter fe-
ro, cum ꝙ eo fine nõ facis, quo de meæ ignorãtiæ caligine
diligẽti scrutinio factus certior, ut mediocrẽ, aut fortassis in
lr̃aꝝ iudicio proletariũ, abiicias & asperneris. Tũ etiã ꝙ in-
genua semꝑ ꝯfessione, & citra uercũdiæ luborẽ, una dubi-
tare & hærere me, dicere soleo si qñ interrogatus rei min⁹
q̃ deceat satisfacere potero, nec cõmunem inuestigãdi labo
rem quo simul & doctior & exercitatior euadã, subterfuge
re, quin & gratificari quærẽtibus ꝙ oscitãti mihi plærũq; a-
lacritatis & diligẽtiæ stimulos iniiciãt. Id qđ tu quoq; perin
de facis, cui utinã aliqñ officio & sedulitate rñdere uidear.
Vellem tamẽ ut quoties aliquid ex me esses petiturus, id &

ſimpliciter ageres,& breuibus.Volo equidē tibi eſſe ꝑſua-ſum,amicitiæ apud me pluris eſſe momēta quā ſuauia iſta tua delinimēta uerboꝝ,quibus tu mihi neſcio quid philau-ciæ conaris ingerere,adeo eñ me cōmendas,adeo extollis ut niſi tuū in me amorē,quo in huiuſce ampullas corriperis cognoſcerē,ex illiberali quadā blandiciaꝝ oſtētatione, hæc tua Encomia ꝓficiſci ſuſpicarer. CAETERVM, ut petenti tibi pro mea uirili fiat ſatis,ſcito me tibi ea reſponſurū cō-ditione,ut ꝓximis lr̄is ex te,quid de ſentētia mea iudices & quid rerum ſit apud uos nouaꝝ paucis intelligā. QVOD de Quintiliano ſcribis,perq̄ probo,eū ſcriptorē adeo ꝓbari ti-bi,quē nemo hactenus(Ciceronē ſemꝑ excipio) in tradēdi exquiſitiſsima diligētia,uerborūq; luculēta quadā proprie-tate uicit,Bibliopolæ noſtri-qui Venetias codicū emendoꝝ gr̄a petiere,ſignificāt mihi,inſtitutiōes ſuas,caſtigatiſsimas imprimi ab Aldo Manutio Romano , cui hodie in edendis bonis ſcriptoribus palma datur,q̄ primū ad nos exēplaria perferent,faciā quod optas. DE PLINII loco quod quæris, paucis accipe.Pes Romanus,auto.Vitruuio cap primo lib. de Architectura tertii ſedecim digitis cōſtat,cui ſi ſemipedē hoc eſt,digitos octo addideris,cubitum facis.i. ſeſquipedē, quod idē eſt.Palmus aūt-Græcis-duplex eſt,maior duode-cim digitoꝝ,de quo ī eo,de quo quæris loco,Pli.intelligit, illi nominār Spithamē,minor qui Paleſtes dicitur, digitoꝝ tm̄ quatuor.De quo in hæc uerba Vitruuius,cubitū intelle xerūt ex ſex palmis cōſtare,digitiſq; uigintiq̄tuor.&c.diui-ſis eñ uigintiq̄tuor per ſex,conſurgūt q̄tuor,ut noſti.Idem paulo infra ait.Palmus aūt habet quatuor digitos , Maior igiṫ palmus dodrans nominaṫ Plinio nō ſeorſum quidē,cū iſtud nomē ſine reſpectu dici neq̄at, ſed ꝑ reſpectū ad pedē qui auto.Vitr.ex palmo creuit.Dodrās aūt cū in pondere, tū in mēſura,totū diciṫ propoſitū,dēpto quadrāte,ut duo-denarii numeri nouenarius dodrās eſt,eo ꝙ quarta pars.i. tria deſint,hæc aūt numeroꝝ collatio ſcd̄m Mathematicoꝝ traditionē,ꝓportionē facit-quā ſeſquitertiā uocāt: nouem itaq; unciæ in reſpectu ad aſſem qui unciis duodecim cōſtat dodrantē faciūt,quæ ad aſſem ſe in proportiōe ſeſquitertia habēt,Duodecim eñ nouē continēt in ſe,& tertiā nouena-rii partē,unde recte ſeſquitertia diciṫ: Simili mō palmus, ꝙ duodecim digitos.i.tres pedis quadrātes cōtinet, ad pedis

mensuram collatus simili ꝓportione dodrans est, ita enim sese habet istorum numeroꝝ facta collatio, Ne aũt quispiá apud Pli.palmũ minoré acciperet, dixit expressius, ternas Spithamas.i.ternos dodrátes nõ excedere: quid Spithama sit, perpulchre indicans, per hoc quod dodranté appellauit, quacũq; ergo longitudine ꝓposita (ut illa exactius capias) si eam in sedecim partes æquales absumpseris, duodecim partes in respectu totius dodrans erunt, aut si in duodecim portiones distinxeris, noué, dodranté cõstituent, Simile est & in aliis numeris, qui quaternario diuisi in æquas partes secernuntur, ut.18.dodrans sunt respectu.24.Item.30.ad.40. collata.&c.Summe in manus mi Rudolphe, bacillũ quempiam: eiusq; totá longitudiné ita coerce, ut ad numeꝝ uiginti quatuor digitoꝝ, transuerso pollice metiendo excurrat, & ꝓportione cubitũ agnosces, in extremo eius digito: in fine decimi sexti digiti pedé signabis: in duodecimo aũt Spithamá, cernesq; oculis tuis, cur Dodrans ad pedis ꝓportioné, & quomodo Palmũ faciat? & intelliges clarius, in eo dem libro locũ Pli.aliũ: Cap.ení decimo sexto, de Gabbara scribens. Claudii principis temporibus ex Arabia aduectũ, lõgitudinis fuisse noué pedũ & totidé unciarũ, ait: ubi per unciam duodecimá parté totius longitudinis quæ pedi respondet, intellexisse uidet᷑. Quádo enim: gratia exempli.16 digitorum longitudiné in partes æquales.12.discerno, q̃libet harum uncia.i.pars duodecima respectu propositæ lõgitudinis erit: quanq̃ audierim, qui per unciá digitũ ibidé intelligendũ esse putarint, quod si ita esset, nõ unciam sed digitũ Pli.scripsisset, In uncia aũt digitus intelligit᷑ & tertia eius pars, id quod numeris citius deprehensum, mensura & longitudine ꝓposita facilius intelligit᷑ Verum de hoc nil temere assero, cũ hoc modo noué uncias etiá Dodranté appellare potuerit.i.duodecim digitos ꝓportione ad palmũ In utroq; aũt hæc uocabula demonstrationis locum habét, sicut cõmunia sunt Plinio quantitati & continuæ & nũeris discretæ, Pygmæi ergo, ut ad institutum reuertamur, quos Augustinus cap.octauo lib.16.Ciuitatis dei.græcis a Cubito nomen obtinuisse ait, Spithamæi.i.palmares ob miram eoꝝ breuitaté, tres dodrantes non excedunt. Hoꝝ illustres scriptores persæpe meminerunt, quadá tñ situs diuersitate. Nam cum eos inter Indiæ gentes Pli.recéseat, Pomponius

libro

libro tertio in ea ponit Arabiæ parte, q̃ ultra sinũ Arabicũ in Aethiopiã uergit, Strabo libro decimoseptio, in iisdem locis fuisse creditos quidẽ, sed cõfictos existimat, hinc occasione fictionis ducta, ꝙ in interiori Aethiopia, qua extima eius terræ inhabitari uideant̃, oĩa fere anĩalia exigua ꝓuenire compertũ sit, Cõtra uero Philostratus, qui libro tertio ait, Pygmæos sub terra degẽtes supra Gangẽ posita loca incolere et uiuere nõ uanũ esse, cui cũ Aristotele in eo ꝙ specus habitari ab eis ait, ꝯuenit. Albertus lib. de aĩalibus. xxi. esse & uiuere eos quidẽ, humanæ tamẽ ratiõis exactũ usum habere negat, eáꝗ ob rem cap. iii. lib. primi eos hoĩes syluestres nominat, aliquid nostræ naturæ habẽtes in quadã deliberatiõe, & cap. iiii. secũdi tract. primi li. Simiã & Pygmæũ hoĩs similitudinẽ habere inquit. Solinus in Thraciæ descriptione ad Caramã urbẽ iuxta Hæmũ & Strimonẽ Pygmæos creditos fuisse & a gruibus pulsos, ait. Nosti q̃ eleganter de ipsis Iuuenalis & Gellius scribãt. Volui hæc ardore officii, coronidis loco his quæ tm̃ quæsiisti subiũgere, ut meã in rebus ad te pertinẽtibus sedulitatẽ, perinde atꝗ in ꝓpriis, promptã intelligeres. MIROR unde meoꝝ tibi studioꝝ ratio pateat? aut qua tandẽ fama me Persiũ interp̃tatum fuisse acceperis? qui tam festinãter & quasi aliud agẽs, studiosis nõ nullis eius interp̃tationẽ ex me postulantibus, tã paruũ Satyrarũ opus transcurrerim. Cuius tñ Satyræ primæ, loco eodẽ, quẽ tu mihi nominas, me aliqñ nõ parũ tortũ memini: liberatũ aũt angustia fœlici quodã euẽtu. Et deo quodã (ut aiũt) subito apparẽte. Cũ eni anno ab hinc quarto, ego & Petreius meus Aperbacchus emũctissimi ingenii homo, Bibliothecã fratrũ Prædicatoꝝ Viennæ bonoꝝ libroꝝ innumera multitudine confertã, essemus ingressi, dum Poetas oculatius dispicio, incido in Persii codiculũ perq̃ uetustum cumꝗ loci qui me premebat maxime memor essem, cœpi reuoluere Satyrã primã, carmenꝗ illud repperio in hæc uerba. Sic os tam longo subduximus Apennino: quo uiso ꝑinde quasi Babilonas ceperim exultans. Petreium aduoco, qui una mecũ sincero iudicio tam castigatã lectionẽ nõ potuit non probare: Nã & uersus hac ratiõe mollior, leniorꝗ efficitur, qui alioqui ob. c. lr̃am ingẽmĩatã asperior erat. Sic costã longo: queẽadmodũ multi legũt, Et interrupti montis pars saxosa, ossis nomĩe signatius q̃ costæ dici uidet̃, quanq̃

&Apennini pars,costæ nomine non inepte dicatur, propte rea qđ ipse in modū spinæ totā Italiā medius dorso suo dirimat:Q; si quis(Si costam)legit sensus carminis, quasi ad sequētia ptinens suspendit:quod esse nequit: Doctissimos aūt Persii interptes,quo minus,tali cēsuræ iudiciū adhibuerint,eo ipso interceptos existīo,ꝙ corruptæ lectiōis dictio ad sensum fecit,cōformiter cū hoc uocabulo:os: cum costa sit os.Hoc ergo modo pterierūt, quod alioqui diligentius introspicięti nō obscuꝝ esse debebat.Versum autē illū depromptū existīo ex aliquo de Hannibalis p Alpes transitu, Poemate,in quo Pœnus quispiā historiæ enarrator introductus,finēqȝ loquēdi facturus,sic cōcludat. Sic os tā longo subduximus Apennino.i. Et hoc quidē modo Alpiū pcipitiis inaccessis alioqui,flamaꝝ impetu emollitis,iuga cōfregimus,uiamqȝ confecimus.&c.quomodo factū esse indicat Liuius Decadis tertiæ libro primo:Præterea nō placet, omnino uideri eos a Persio p eius uersus exemplū rephendi, qui regione quinta spondæo pro Dactilo utant, qđ ipsum maxīe aliquādo decet,ut in illo Maronis, Cornua uelataꝝ obuertīus antēnaꝝ.Sed hoc potius a Satyro notatū fuisse, qđ hæc sibi temere nimis methaphora usurpata uisa est, ut os p rupe saxoue dixerit,cū scribere potuisset,Sic iuga tam longi cōfregimꝰ Apennini:uel similiter,Siue,qđ est uerius quod Apenninū nominauerit, cum re uera Hannibal non Apenninū,sed alpiū infregerit igni & aceto iuga tam alta, ut autore Liuio,nono primū die difficili itinere ad ea peruenerit,a quaꝝ orientali latere Apenninus incipit:Si dubitas, lege Pli.cap.quinto tertii libri, quum de Alpibus populisqȝ inalpinis locutus,tandē in hæc uerba habet,Apēninꝰ mons Italiæ amplissimus,ppetuis iugis ab Alpibus tendēs ad Siculū fretū.&c.Tametsi nec multi periculi nec rursus magnæ frugis sit,utrū defenderis,nisi ꝙ hoc mihi uerisimiliꝰ uidet Nam & Ouidius dixit. Magna parens terra est, lapides in corpore terre,Ossa reor dici.&c.Hoc ausim asserere, uocabulum Apenninus:carmen nec planū nec politū constituere,nisi aut prima aut penultima hexametri regione locet. Hinc & Lucanus li.2.Vmbrosis mediā qua collibus Apenninus: & Silius libro quarto. Piniferum cœlo miscens caput Apenninus:ut alios omittā:quod si hoc in tam claris scriptoribus cōmode factū uidemus,cur ut indecenter usurpatū

Persius culpet? Tu uide Rudolphe, & iudica, ego ad te, qd uideatur iudicio meo scribo, qui locũ istum Persianum ita curasse uideor ut, nec splenio nec malagmate amplius fo-uendus sit, sed cicatrice etiam expuncta plane conualuerit. DE ANTIPODIBVS quod scribis, non est tam difficile, q̃ uideri potest, diuersos scriptores legenti, quoꝝ sæpe diuer-sa, sæpe dissona traditione cõtingere solet, ut legentis ani-mus dũ quid sequendũ sit, diligẽtius inuestigat, adeo distra hatur, ut quo tendendũ, aut quæ demũ ansa cõprehendẽda sit, penitus ignoret. Primũ omniũ Antipodas esse indubiũ est, mathematicis demõstrationibus Cosmographorumq́ꝫ ꝑlustrationibus, id ipsum euidentissime indicãtibus, scripsi de ea re cõpluscula in annotationibus meis in Pomponiũ Melam, quas, cũ extremã ipsis manũ ĩposuero, edam, Interĩ aũt, ne ue ab Augustino abhorreas negante, uel Lactantio fidem prebeas somnianti, qui sint Antipodes & quomodo sint paucis extricabo, Scire te arbitror Mathematicæ peri-tos uniuersum circuli ambitũ, partibus trecentis sexaginta quos ipsi gradus appellãt, metiri & absoluere solere, ex his uero nonaginta tribuere quadranti, centum & octoginta hemicyclo, ut est notum. Quum ergo tota terræ habitatæ moles, contẽplanti tibi in animũ uenit, quũ sit rotunda, ut non Mathematicis solum, uerum etiã phisicis placet, eam ipsam sic concipito ut, quasi cespes in amplissimo Oceano parte sui emineat, & una rotunditate sese, aquãq́ꝫ simul, in qua partim latet, partim eminet, absoluat. Id quod nos tibi paulo post uberius ostendẽus, Tũ quatuor mundi cõmu-nes cardines. i. ortũ, occasum, meridiem, & septentrionẽ ex Ptolomei maxime traditione, quẽ nemo eius rei nõ fateť principẽ, considerare te est opus. Deinceps uero, quantum latitudinis habitatæ terræ portio habeat, quantũq́ꝫ lõgitu-dinis in animo constituere, quo facto, constabit tibi, terræ solidæ in longitudinẽ excursum multo esse maiorẽ, q̃ in la titudinem. Longitudinis aũt dimẽsio a meridiano ꝓximo Gadibus siue colũnis Herc. & fortunatis insul, ultra quem priscis nihil erat cognitum sumitur, gradibus paulatim per æquinoctialẽ discurrentibus. Latitudinis aũt ratio de Polo in Polum se extẽdit si hemispæriũ metimur, ut in hoc loco accipio: aut a maximo paralello qui æquinoctialis est, ita ut æqua distinctio longitudinis a meridiano expresso in

meridianum excedat.latitudinis aũt a paralello in paralellum,id quod in cõmunibus tabularum proiectionibus perfacile est uidere.Quia igitur ex Ptolomei descriptione, ut interim recentiorum diligentia expansæ terræ spaciũ ommittã,cõpertũ est ad centesimũ & octuagesimũ gradũ.i.hæmisphærium longitudinem habitatæ & continẽtis terræ pertingere, & in extimis oris frequentẽ esse mortaliũ habitationẽ,negare tibi nemo poterit,quin tanta interuenientis spacii distantia,siti,Antipodes sint,si modo ex descriptione Antipodum punctos diametri per centrum terræ ductæ,& ad soliditatem habitatæ terræ terminatæ attingant. Qui igitur in extima India ultra sinũ Magnum Catagaram habitant,cui x.graduum ultra æqnoctialem in Austrum latitudo est,hi ducto ex eodẽ gradu diametro,quæ centrũ terræ transeat. Antipodas habent.i.pedes sibi ex directo contrauertentes uerticesq; a Diametro traiectos,in sinu Hesperio, quorum latitudo.x.graduũ citra æquinoctialem in Boreã tenditur: ad occidentalẽ interioris Africe partem. Vide Ptolomei cõmunem situs terræ tabulam & quod assero deprehendes. Secundum latitudinẽ autem,cum nec iuniorum nec uetustiorum quispiam sub mundi uerticibus habitationẽ compererit Antipodes esse nequeũt i uno scilicet hemisphærio, cuius æqua dimẽsio ab æquinoctiali accepta in utrumq; polũ.90. graduum distantia extendatur:quemadmodũ hic de ea intelligo,constat enim continentẽ terrã ut dixi: intra polos in longitudinẽ ad hemisphæriũ extendi & ultra,ab æquinoctiali uero ad polos minime. Dum uero hæc consideramus opus est animũ,quasi in aera suspẽsum:ut omnia collustrãtem,& metientẽ erigere.Dato ergo quod terra secundũ latitudinem in Arctos ad gradus.71.uel circiter excurrat (nolo enim in hoc tibi ad amussim obligatus esse, tanta præsertim festinantia scribens)& iterum in Austrũ ad gradus.50.nondum tñ Antipodas habebis, cũ nondũ habeas hemisperiũ quod punctis diametri per centrũ terræ excurrentis ut dixi terminetur.CAVSAM aũt terræ angustiæ,secundum latera esse puto abundã aquæ circa uertices mundi generationẽ, quæ utrinq; terræ apparenti incumbit,magnoq; fluctuũ impetu quo minus lata sit,coercet, hinc & illorum laterum iniquitas prouenit, cum eoum & occiduũ multo directiori excursu æquentur.SED uideri tibi posset ex his quæ hactenus scripsi,

Antipodes secūdū latitudinē quoq; signari posse. Nam si a punctis diametri Antipodas secundū lōgitudinem constituentis, circumferentiā duxero, hæc ipsa per polos discurret & hemisphæriū cōplectet, hoc aūt si marginibus longitudinis eminet, secundū latitudinē idē eminere necesse est, nisi quis dixerit aquas a Polis in eminentis terræ portionē ascendere, & latera occupare, qđ cōtra naturā motus aquæ esset. Data igit sub polis terra, datur & Antipodū secūdum latitudinem distantia. VIDERI posset hoc Rudolphe, his qui terram ex aqua tanq̄ collem aliquē ex plano lacu, iusta parte sui ꝓminere existimāt, Aut ut pomū natans ut prisci quidam putarūt, Id quod admodū crassæ Mineruæ est imaginari, cum res ipsa multo aliter sese habeat. Terra enim, ut multiplicia demonstrationū experimēta docent, & Georgius Peurbachius Germanus Mathematicæ scientissimus, in suis super Sphærā Ioannis de sacro Busto collectaneis scriptum reliquit, una cum circumfluis undis globū absoluit, ut imaginari & colligere animo sit opus, terrā quā naturæ artifex, aīalibus quæ sine aeris cōmunione uiuere nequibāt aquis nacuā & discoopertā reliquit, ut tenuē ex lacu aut palude cespitē eminere, unaq; cū undis inflecti, inq; globi speciem q̄ diu durat inclinari. Cui sententiæ Strabo li. 3. a principio assentit in hæc uerba. Subiectū ergo sit rotundā una cū mari terrā esse, unāq; & eandē cum æquoribus superficiē habere. &c. Et Pli. ca. sexagesimoseptimo libri secundi non refragat, quanq̄ perq̄ attente pensitāda intelligēdaq; sint, quæ sequenti cap. in hæc uerba habet. Est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu ꝑcincta circūfluo mari: nec argumētis hoc inuestigandū, sed iam experimētis cognitum Namq; error esset ingens si quis Telluris dimidiū ex aqua undiq; ꝓminere dicere Pliniū existimaret, qui per medium ambitū excursum eius in. 180. gradus ad minus secundū longitudinē intelligit, quod Ptolomeus quoq; indicat uerissimū esse. Ex quo illud emanat, Non idē esse cētrum magnitudinis terræ, & centrū grauitatis. Cum autē, ut dixi antea undarum grandior esset a polis impetus, ꝓpterea ꝙ ob aeris in his locis uehemētem ex frigore ingrossationē perpetua esset & abundans aquæ generatio ut Albertus quoq; noster indicat, non potuit tantū spaciū secundū latitudinē relinquere terræ, quantū longitudinis habet, nec sequitur,

circumferentiam ab Antipodũ uestigiis ductã circumcirca terram contingere debere, si uno in loco attingit, ex causis iam dictis. Latitudinis aũt & lõgitudinis mensura, certo & immutabili limite in terræ forma præscribi nõ potest, propterea quod Oceani rapina (ut Pli. ait) in incerto est, terras dans & adimẽs, uicissitudine illa rerũ naturæ sempiternis legibus instituta, quod ipsum ostẽdit Pomp. libro primo in Africæ descriptione, & Aristo. li. Metheoro secundo, cap. sexto in hæc uerba. Non semper eadem loca terræ aquosa sunt aut arida sed permutantur secundũ fluuiorum generationes & defectus, & non semper hoc quidẽ mare hoc aũt terra perseuerat sed fit mare ubi est arida, ubi aũt nunc mare iterum hic terra. &c. EX RECENTIORVM aũt inquisitione, si Americam a Vespucio repertã, & eam Eoæ terræ partem, quæ terræ a Ptolomeo cognitæ adiecta est, ad longitudinis habitatæ rationẽ referimus: longe ultra hemisphæriũ habitari terram constat. Imo nõ usque adeo imensum pelagus interesse inter extimũ ab America occidens, & oriens postremũ, quin fere toto globi ambitu terra habitationis frequentia culta sit, quod ex Geographicæ descriptionis globulo perpulchre dinosci potest. Nec mirari debemus, quod aut plana obambulantibus nobis aut exasperata mõtibus plæraque uidentur, cum tam ingentis aquæ terræque mutua cõpagine globum cõstituentiũ extrema superficies siue circumferẽtia, sensibiliter decliuis esse nequeat, uisu præsertim nostro tam exiguam eius partem apprehẽdẽte, quocũque se cõuerterit. Nec putemus montiũ, qui nobis adeo uidentur sublimes esse, utpote illud uastũ pondus simul non cõtuẽtibus, iniquitatem, terræ rotũditati obesse, quasi uero omnia quæ ad rotundi huius corporis rationẽ pertinẽt, hoc modo defendi nequeãt. Si enim totã terrã simul cõspiceres quoad liceret Rudolphe, quẽadmodũ Scipionẽ in somniis cõspexisse Cicero fingit, Montes tibi turbercula quædam leuia, per terræ planiciem serpentia uiderentur, eo fere modo, quo agrum quempiã eructati a fodiẽtibus talpis harenarum cumuli exasperant. Quod si planã in primis terram imaginaris, & deinde ab illo rerum creatore, cuius omnia opera rationem habent, montes supimpositos planiciei consideras, intelliges facile, quomodo se terræ rotũditas studiosis cognoscẽdam exhibeat. Rudiculũ uero est, contẽdere, terram undique

tam esse æquabiliter politã,ut ad unguẽ respõdeat uel ad tornum seu geometræ mẽsurã, ut inquit ubi supra Strabo, cum ad sensum correspõdeat,& hoc modo crassiorem. Hoc tenẽdum est potius,hanc rotunditatẽ quã ex terra naturæ leges in prima elemẽtorum ex Chao segregatiõe postularũt, eam esse quæ montiũ tumorẽ,adeo leniter tolleret, ut nihil magis. VERVM ut ad Antipodes reuertamur, ponam tibi Axiomata quædã & præscripta ueritatis experimenta, ut omnia tibi plus esse queãt in aperto,quæ me aliquando summa cũ animi oblectatione,didicisse ingenue fateor,ex Georgio Collimitio,Medico ac Mathematico, præceptore mihi cum honoris pfatione nominãdo,non in his modo q̃ ad terræ scrutiniũ pertinẽt,sed & in aliis multis scitu dignissimis,quibus nescio an alius quispiã me adeo facile, adeoq; consumata traditionis ratione imbuere potuerit: In quo ego tria esse frequẽter dicere soleo,quæ nõ uulgare sit passim conspicere,in his etiã qui & sibi & aliis placent,Summã fidem & integritatẽ, eruditionẽ singularem & tñ minime insolentem nec ostentosam.Humanitatẽ summã,Quorum coagulum id secutũ est,ut & ueneretur indies uehementius, ab his qui uerorum studiorum rationẽ sectantur,& neminẽ excludat ipse,eorum qui nõ fucum ostẽtant,sed momẽta diligũt rerum,sinceri & amicitia digni, in quorum albũ postq̃ me retulit,non desii eum pceptoris nomine dignari.Ipse aũt(qđ sua est hũanitas)& cõphilosophũ me suũ,& quod nimis est cõfratrem quãdoq; dicere assolet,quẽ tu cum Viennã ueneris,& nosces,& diligẽtia tua, atq; eruditiõe pspecta, dubio procul amicum & familiarẽ obtinebis. HIC mihi aliquãdo quærẽti retulit,ut memoria teneo,de Antipodũ situ fere in hãc sentẽtiam.ut asserere uideretur, primo. Vnum paralellũ tm̃ esse sub cuius positiõe.antipodes darẽtur oppositis uestigiis.Equinoctialem scilicet,a cuius quolibet itersecãte meridião diameter ducta p centrum, in eũdem meridiãum & paralellum cõtrario hemisphærii pũcto trãscẽderet. Secũdo Nullum paralellũ a æquatore recedẽtẽ hoc posse ,ppterea q; per nullũ diameter quæ centrum traiiciat,traduci potest Ex hoc aũt istud euidẽs sequi aiebat,q; nullorum Antipodum potest esse cõformis,hoc est,in eãdem partẽ inclinãs latitudo,causa eius est q; Diameter ex certo pũcto paralelli Septentrionalis per centrum ducta, necessario in paralellum

incidit, habētem latitudinē Australem, æquā & proportionata cum opposito distātia. Sicut Antipodes paralelli quindecimi gradus latit. Borealis his esse posfūt, qui paralello quindecim graduū latitudinis Australis subditi sunt, quemadmodum hi, qui extimā Indiam ultra Gangē ad grad. 180. lōgitudinis habitāt, illis qui ultra sinū Hesperiū Ptolomeo in extremā Aethiopā uergūt, ad sumptæ lōgitudinis initiū Tertio, omni pūcto in terra dato ei correspōdere punctum Antipodum, qui si ī terrā excurrat habitatā Antipodes habere. Si ī mare, ut plurimū ꝯtingat: habere posse, ꝑpterea ꝙ inter huiusmodi pūcta hemisphærii distātia est. Quod si ibi nauis, ut posibile erat, ageret, eius gubernatores reuera ī tali distātia, eoꝝ qui ī terra loco ꝯtraposito agerēt Antipodes esēt, quod mihi scitu admodū dignū uidebatur, Quito idē mihi ostēdebat. Q̄ latitudīe ꝓprie accepta, quæ ad mēsuram paralelloꝝ ꝑ polos trāscurrat. Oēs isti qui Antipodes scd̄m lōgitudinē sint, etiā scd̄m latitudiem esse: eo ꝙ diameter oppositos eos ꝯstituēs, & lōgitudinis in ipsis & latitudinis regulā p̄scribat. Quod ita esse monstrari pōt: nec his quæ supra retuli ꝯtrauenit, illic enī id tibi ostēdere uolui, ꝙ nullo interueniēte mari ꝑ unius hemisphærii lōgitudinē in solida terra Antipodes darentur, scd̄m latitudinē aūt ab æquinoctiali in polos susceptā dari non posint. In uniuersum igit̄ dici potest in hæc uerba: datis terræ accolis quoꝝ uestigia diameter per centrū traiecta ꝯtingat, Antipodes esse, nullo habito aut ad lōgitudinē aut latitudinē respectu. Nam hoc mō haberi eos certū est. Qd̄ tibi diligēter est ꝑpēdēdum. Præterea ꝯtra uulgatā opiniōem scriptorum Antipodibus omnia cōtrario mō euenire existiantiū, notisimū est sub æquinoctiali, p̄terq̄ ꝙ cōtrariis uicibus diem & noctē habēt ut ubiq̈, oia paria esse: hoc est eandem noctis & diei quātitatē habere, simul æstatē: simul suo mō hyemem, & id genus alia. Causa in prōptu est: qd̄ sub hoc circulo locatis una est ꝑpetua diei noctisq̈ æqualitas: cumq̈ eandem habeāt ad solem: ubicūq̈ sit: locationē, sequit̄ ꝙ & tempora anni simul habeāt. Et alias existimo te intelligere ꝙ sub omni paralello sitis ꝑioecis omnia simul accidunt excepta diei noctisq̈ succesione, ita ut simul hiemem: simulq̈ æstatem habeant. De Periœcis tamen, qui polis uiciniores diem noctemq̈ simul habere possunt scribā diligentius in

Prænotamētis

Prænotamentis meis in Pomponium. Quibus aũt unus est meridianus his eodẽ momento & unũ meridiem & mediũ noctis esse necesse est. Quibus aũt paralellus unus hi eandẽ habent noctisq; dieiq; quantitatẽ, simulq; singula anni tem pora. DE ANTIPODIBVS uero ab æquinoctiali uergẽtib? sic habeto, ut qñto plus ab æquatore recesserint, tanto magis inæqualia esse oĩa, fieriq; ordine cõtrario ipsis quæcũq; fiunt existimes, potest enim hoc demonstrari. Postremo, oĩ bus qui sunt Antipodes, unus est horizon & meridianus unus. Intelligo aũt per meridianũ circulum qui per Zenith nostrum perq; polos transcurrens totã sphærã amplectitur, causam aũt, ex his quæ paulo ante retulimus cognoscis. Cũ ergo sol nobis oritur ipsis occidit, & eregione, neq; hoc aut admirabile uideri debet, aut captu difficile, cum ipsis ortus occasusq; in respectu ad habitudinẽ partiũ mundi, eodẽ mõ quo nobis eueniãt, nisi q̃ occidẽtia nobis sydera ipsis ascen dunt adueniũtq; sicut & ipsis cadẽtia in nostrũ hemisphærium leuantur. Negare uero hæc & ut friuola contemnere, animi est degeneris, eaq; quæ in naturæ rerũ maiestate cognitu sunt pulcherrima accipere & intelligere non potentis. SED dicere posses, te his meis lectis adhuc in uno hærere, q̃ ex antiquorũ sentẽtia nõ uideat̃ cõmodũ dicere, sub æq̃tore esse habitationẽ ob ingentẽ & intollerabilẽ uitali tẽperamẽto calorem: cuius tñ oppositũ ego asseram, Respõdeo tibi, si mõ dubitas, priscos quotquot sunt q sub æquatore habitationẽ esse negãt, opinione potius, q̃ aut experientia, aut phisica ratione aliqua ductos, lapsos esse, & sibi metipsis etiã nesciis aliqñdo ꝯtrauenisse. Lege Pomponiũ, qui libro primo Zonam mediã ob æstum inhabitabilẽ ait, tertio uero libro Taprobanen habitari scribit. Pli. quoq; c. septuagesimo secundi, Cœlum ait tres mortalibus terræ p̃tes abstulisse, Septentrionẽ & Austrinã frigore, mediã autẽ quã solis orbita est exustã flãmis & ob id inhabitabilẽ. Et tñ idem quemadmodũ & Pompo. Taprobanen frequentissimam hominibus esse cap. 22. libri sexti asseruit: id quod & Solinus simia eius, multis uerbis confirmat, Addit Pli. cap. secundo li. septimi ex Artemidori sententia In Tabrobana insula longissimã uitã sine ullo corporis languore traduci, Multum illi aliiq; idem sentiẽtes a se dissensere Rudolphe, cum sit cõpertissimũ, Taprobanẽ ita æquinoctiali subditã,

ut latitudine fere triũ graduũ eundẽ transcendat, in Austrũ porrecta. Quod princeps Cosmographiæ Ptolomeus, & li. septimo, & tabula Asiæ ultima ostendit, nec dubitari qdem de hoc debet, cũ in latitudinis descriptione errari nõ possit adeo eius obseruatio Canonicis demõstrationib9 suffulta, constat. Vtinam tam facilis longitudinis obseruatio esse posset, quã latitudinis est, In multis enĩ uiri docti non hære rent. Videnť ergo mihi plæriq; ex uetustis scriptoribus, qđ ad sitũ terræ attinebat, prout ad cœli circulos referť, plura pro ingeniis differentiũ q̃ pro ueritatis fide expressa tradidisse. Quid plura? Albertus Magnus princeps philosophus, & Auicenna noster, non affirmant solum, sed & firmissimis rationibus ostẽdũt, sub æquinoctiali, eo etiã tempore quo sol per subhabitantiũ uertices gradiť, temperatiorẽ habitationem esse, q̃ sub paralellis tropicis, cũ ipsis Sol innititur, & constat tñ sub utroq; tropico frequentẽ esse mortalium sedem. Lege Auicennã (ut sim breuis) cap. octauo doctrinæ secundæ, sen secundæ primi Canonis, Albertũ aũt ca. sexto libri de natura locoꝝ, quẽ Collimitius noster nuper in lucẽ dedit. Eam ob rem attente perpendendũ est, an non nimis temere Ioan. Picus, uir alioqui eruditissimus & cælestis ingenii disputator, qui inter nongentas propositiones quas adolescens Romæ publice inscripsit, hanc quoq; defendere uoluerit, ꝙ sub æquinoctiali nõ posset esse naturalis uiuẽtibus habitatio, cũ oppositũ tãti tamq; estimati scriptores asserãt. Mirum est profecto ipsum quoq; Macrobiũ dicere fuisse ausum, Cõmentario somnii secũdo ꝓpter Zonã exustam antœcis nostris ad nos transitũ esse non posse, cum tñ ex receptis autoribus qui longe ante sua tẽpora scripserant hoc intelligere debuisset, nostros peregrinationib9 uariis ad intimos usq; Aethiopas intrasse, Imo & totã Africã circũ nauigasse, ut Hannonẽ Carthaginensem auto. Pli. Quin & Eudoxus quidã cum Lathurum Alexandriæ regem profugeret Arabico sinu egressus ꝑ hoc pelagus Gades usq; peruectus est, quod ex Cor. Nepotis Autoritate, Pli. scripsit ca. sexagesimonono secũdi, & libro tertio Pomponius: Multo uero ante Nepotẽ, Cœlius Antipater scriptũ reliquit, uidisse se qui nauigasset ex Hispania in Aethiopã cõmercii gratia, quam nauigationem hodie Portugaliæ Reges summa gloria, summaq; fortuna instaurarũt. In extimis aũt Africæ

Antœcos esse nostri climatis, quis dubitat? Q2 si nostri ad illos uenere: quid oberat quominus & illi ad nos uenire potuerint, quemadmodũ nostris temporibus fieri uidemus? IN SVMMA. ut de hac tua quæstione finẽ faciam, tam tibi esse certum debet Antipodas esse, quam sunt cogniti, digitiq; unguesq; tui. Inq; ea re his fidẽ dabis qui terræ situ atq; excursu cognoscẽdo laborarunt recẽtius. Est enim (ut Ptolomeus ca. v. li. primi Cosmographiæ scribit) in situs terræ traditione recẽtioribus historiis semp credẽdũ magis, quã ullis ex ueteribus eo q pro rerum mutatione, aut incognita prioribus, aut ulteriori experientia dephensa his patefacere datũ est. BENE (AIS) mihi narras. At de Augustino & Lactantio quid? aut quã in partem eorũ accipienda sentẽtia est? refutabis ne eos Vadiane an probabis? si in his perstas q̃ differuisti hactenus probare certe non poteris. Si probas, nulla illa erunt, quæ esse tibi maxime uisa sunt. Tua res iã agitur Vadiane: uide quid agas. EGO mi Rudolphæ (ut te fluctuantẽ ex hac tandem Charybdi liberem) ut Augustini de Antipodibus sentẽtiam probo, ita Lactantii somnia nequaq̃ aut tueri, aut asserere possum. Ille equidẽ cur negaret causam habuit. Hic quid negaret nesciuit. Q2 ut intelligas, iterum mihi quasi in noua causa ordiendũ est. Q2 si nimiũ turgescere literæ illæ nostræ uidebunt, tibi qui me prouocare non desinis, culpã impingito. Si scire & intelligere hæc adeo desideras, patere uel ex Epistola fieri libellũ epistolarem. Nã me tibi satisfaciẽdi quasi uno in stadio & uno curriculo cupido quædã corripuit: Sed ad rem. AVGVSTINVS non a ueritate, sed a ꝑpostera & uero nequaq̃ cõsentanea, scriptorũ de Antipodibus traditione abhorruit, quã quia illustris alioqui & multarũ rerũ scientissimus scriptor Macrobius in Comenta. Somnii secundo quasi de reperta ueritate sibipsi applaudens, sequitur & affirmat, uidendũ tibi est ne eius lectione seducaris, quanq̃ enĩ Antipodas ponat, in ratione tamen, & ut ita dicam mõ ponẽdi, toto (quod aiunt) oberrat cœlo, neq; hoc in illo adeo moleste ferendũ est, cũ uulgarem opinionẽ secutum cum antiquioribus citra ueri dephensionẽ periclitari eum ꝯtigerit. Voluerũt aũt illi, terræ molem in duo hemisphæria interceptam, ingẽti Pelago & innauigabili discerni ita ut unius aliquid ad alterũ nihil perueniret, inq; altero nos esse, In altero a nobis longe se-

cluso Antipodas nostros & Perioecos. Et quemadmodum hoc nostrum, torrida Zona interueniéte, in duas habitabiles distingueret, extremis ob frigora relictis, ita simili mō apud illos omnia se habere, dixerunt. Quod ex Cicerone ductum, Macrobius euidentissime indicat. QVO DATO & concesso sequi necesse erat, ut duabus amplissimo mari distantib⁹ terris duplex esset hominū in iisdem, qui se nūq̄ contigerint Propagatio. Quod perpendens Augustinus cum libro ciuitatis dei decimosexto, ca. 8. omnes homines terram inhabitātes, quacūq; forma eos natura effigiauerit, ex illo protoplasto uno, hoc est Adam originē ducere affirmasset, sequēti cap. 9. falsam illam & friuolā de Antipodum situ opinionē quæ sibi unice obiici poterat, necessario non minus q̄ uere reiecit & cōfutauit. Si enim isti essent eo mō quo illi eos esse crediderūt, cū ad eos nemo unq̄ nostri hemisphærii attigerit, ex Adam originē habere nequaq̄ potuissent. Eam ob rem perq̄ prouide, & erudite admodum scripsisse Augustinū nemo negare debet, cum eo modo ne nos quidē Antipodas esse ꝑmittamus. Tantus enim error non modo ueritati historiæ naturæ, uerum etiā religioni nostræ, & sacraꝝ literaꝝ autoritati refragat̄, quē illi nulla prorsus historica cognitiōe firmātes, friuola quadā cōiectura assumpsere. Q; si quis, tam insigni eclesiæ nostræ Antistiti tanq; oīum bonaꝝ doctrinarū auido & studioso, terram esse continuā mōstrasset, nec ullo interceptā, ut isti fabulabantur, Oceano, in qua hominū esset habitatio. 180. gradibus diducta & sibi diametro centrū traiiciēte opposita, hic etiam atq; illinc nullo mari traiecto cōmercii mutui ꝯsuetudine coiri sine difficultate posse, Non hercle Augustinus, Mathematicæ alioqui studiosus, Antipodas negasset, sed demonstrationibus e certissima sciētiaꝝ profluētib⁹ dedisset fidem: antiquoꝝ logis anilibus reiectis, quos uir tantus fide haud quaq̄ dignos esse nouerat. CVM enim hodie cōtinuæ terræ lōgitudo ultra ducentesimū & octuagesimum gradū excurrat, ubi illud ingēs tandē mare erit? quod ista duo hemisphæria discriminet? cū terra nostra utrinq; adeo ultra hemisphærii amplitudinē pandat̄. Imo ut supra retuli: parum absit America ꝑsertim adnumerata, quin tot⁹ ille globus circūcirca prominente terra sit habitabilis. Quo fit, ut his minus credam qui sub polis terram esse & extare

dixerũt,cum is locus iam aquæ utpote elemẽto spaciosiori deberi uideatur:& natura fortasse,postq̃ terræ portiõe nudata multis aialium opus omnino esse uidit,Aquã coercẽs intraq; suos excursus cohibens,ei ea globi parte locũ deputauit ampliorẽ,quæ ob aeris incõmoditatẽ, & grauissima anni tempora,mortalibus minime idonea uidebaẽ: quam sub polis esse certo scitur.Q̃ aũt ad Antipodum latera iter sit,geographiæ Tyrunculi sciunt,Egredere ab extrema Hispania, per Pyrenæum perq; Gallias,Germaniãq; & Sarmatiam usq; ad Tanaim quo superato tende in ortũ per Scythiam citra Imaum, litusq; stringe septemtrionale Caspii: Tũ per Sacarum regionẽ traiectis Tauri iugis in Indiam inclina eam,quæ est ultra Gangem,cũq; sinum magnũ longis itineribus apprehenderis secundum eũ in meridiem tende donec ad Catagarã perueneris,& toto fere isto latere,Pto. monstrante Antipodas habes,non eorũ quidem qui sunt in Hispania,sed qui in occidua Africa iuxta sinũ Hesperiũ adhabitant,ad quos quantũ est in terræ nuditate,nullo penitus mari traiecto ex India extrema pueniri potest,Americã aũt inhabitantes longe citerioribus locis suos habẽt Antipodas,quæ omnia instrumẽtis ad eã rem ptinẽtibus uidere facillimũ est. MACROBIVS Ciceroni quasi gracias agens, suæq; doctrinæ pfectioni adscribens. Nos inquit: cum aliis non patiẽ errare qui terrã semel Oceano cingi credidere. Apertissimũ errorẽ ,pfessus,quẽ Cicero solũ indicauit, Cæterum hoc me eodem in loco Ciceronis uehemẽtius angit quod dixit.Vides habitari in terra.&c. Cũ uidere Antipodes simul nemo posit:hoc præsertim admisso errore,quo prisci seducti sunt.Cum aũt isthic Scipioni maior Africanus omnia sensibili demonstratione ,pponat: non potest dici, uides.i.intelligis,cũ etiã paulo post dicat.Cernis aũt eandẽ terram.&c.Præterea esto itermedio Antipodũ spatio, hoc est ad gradũ.90.oculus ,pspiciẽs eleueẽ, non poterit tamen Antipodas extimos simul uidere.Cum ex traditionibus pspectiuæ sphærici corporis tam magni pͤsertim, dimidium præcise,minor oculus uidere nequeat, Id quod est demonstratum.Quid ergo?Fositan circumductus Scipio hos ita se habere nõ simul,sed uicissatim uidit. At hæc ut Grãmatica ludicra sino.DE LACTANTIO mallem utiq; tacere, q̃ molestus esse tibi, qui eius autoris adeo es studiosus. Verum

quia desideras,& tuēdæ meæ ueritatis ardor ꝓuocat: dicendum est quicq̄ crassiore (quod aiunt) Musa, non incessendi quidem studio, in quo nemo non culpandus foret, sed satis faciendi tibi, qui inter reliquaꝝ doctrinaꝝ studia, ea sectaris cum primis quæ literarum studiosis adeo sunt necessaria ut nihil magis. Vt itaq; dicā, quod sentio, uidet̄ mihi Lactātius eloquētiæ suæ uiribus plus æquo quandoq; confisus, paulo audacius aut contēpsisse plæraq;, aut multo aliter q̄ ueritas haberet cōcepisse animo inq; his magnā sibi inuidiā eo cōparasse, quod ita superbe, ita secure disserit quasi ipse extra omnem ingenii aleam positus errare & labi nō potuerit, omniū autē errata non uidere solum sed etiā olfacere. Hic capite uigesimoquarto libri tertii, qđ tuis mihi litteris indicas, adeo in Antipodum oppugnatione ineptit, ut dubitem an, cum illa scripsit satis sibi constiterit: non eni ea solū quæ eruditis exploratissima sunt, nescire uidet̄, sed ꝓbare etiam & asserere illa quæ, si Antipodes non essent, qđ ipse contendit, falsa tñ & absurda esse, oēs qui sunt animi cōpotes intelligerēt. Age totū illud caput excutiamus ut an ita sit sicut dico facilius accipias. Ait primū, in titulo (De Antipodibus quos ideo esse finxerunt, quia opinati sunt mundum esse rotundū) ecce: mundū nō rotundū esse pro uero & euidenti assūmit: exq; hoc Antipodes ponentiū opinionem refutare conat̄. Cuius tñ oppositū, de mundi rotunditate adeo euidens est, non tam phisicis q̄ nostræ religionis Doctoribus id asserētibus, ut piaculū cōmittere merito uideri possem, si rationibus hoc loco adductis, probare uellē quod nemo nescit. Audi obsecro, quid a capitis initio dicat (Aut est quisq̄ tam ineptus, qui credat esse homines quoꝝ uestigia sint superiora capite ?) Erras o diserte Lactanti, & ea quidē in re, quā iuuētutis anni tibi indidisse debuerant. Quis eni uel primis Physicæ rudimētis inbut⁹ nescit, omne id quod sua grauitate centro innitit̄, quacūq; parte circumferentiæ locatū sit, deorsum uersus niti ? quod aūt a centro euolet aut se expandat, sursum tēdere? Cum igit̄ pedib⁹ in terram uersis centro innitant̄, caput uero proferāt, ut nos: in cœlum: caput habēt uestigiis superius. Nec sub nobis est, nisi quod ad usq; centrum demittit̄: quod cū ꝑtergraderis, omnis linea ducta in quancūq; partē sursum tendit. Nec nisi impropria locutione cœlum infra nos esse dicere solemus.

Vnde hoc Maronis li. Georg. primo ex cõmuni ratione loquendi deprõptũ est, cũ de Austrino uertice loqués inquit, At illum sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi. Cum reuera, ut Aristo. quoq; asserit libro de cœlo & mũdo secundo: uertex meridianus sit ex natura rei sursum, quod Poeta doctissimus, tametsi non ignorarit, maluit tamé (ut sæpe solet) ex cõmuni ꝑsuasione ducto sermone uti, quanq; austrinũ polũ ꝑ respectũ loquentes pressum decliuemq; dicere soleãus. At sub pedibus esse nemo nisi improprie dixerit, Præterea si ꝯcedimus Antipodas esse sub nobis nõ statĩ id sequitur, ut credibile sit, eos caput deorsum uersus uestigiis inferius habere qđ falsissimũ uerissimũ putat Lactan. Cui hoc friuolo desipere nõ satis erat. Addidit hoc amplius Antipodibus datis sequi, ut tota terræ pars apud ipsos péderet cũ nostra iaceat. Item arbores deorsum crescere, pluuias uero, & niues & grandines sursum uersus cadere in terrã Quin & maria, & urbes agrosq; & montes pensiles illic esse. Indigna sunt hæc pudéda errata opere tuo o Lactãti, utinã quod nesciebas pteriisses irrephensum, nec lacessendi cupidine inflãmatus ignorãtiam tuam, euanido linguæ fuco, adeo detexisses. Augustinus te longe omniũ rerũ peritior, terram rotundã esse negare noluit, nec tibi aliud affirmãti fidem dare, uidit enim quæ diceres & quibus innitereris. Omne graue Lactanti (quod prima philosophiæ uestibula exhibent) a quacũq; cœli parte in centrum tendet deorsum tendit: & e ꝯtrario quod a cétro recedit, sursum. Tibi uero uidebatur, qđ ab Antipodũ periferia in centrũ caderet, sursum cadere, quod nõ est. Ac id ipsum quidé ex cõmuni hominum locutione didicisse debueras, non nisi rem grauem cadere affirmante, aut ut grauitatis rationé habet descendere. i. ad centrum tendere, nam sua sponte sursum cadere nihil dicitur sicut nec leue quidem nisi impulsum impetu, deorsum tendere, ergo quicquid cadit deorsum cadit. Sed quid in re aperta laboro? Qua fiducia cœlum non undiq; deuexũ dixeris tu uideto, mihi constat id Astronomis, quibus ea in re summa fides est nihil esse certius, qui cũ Aristotile, & uolui cœlum & moueri regulari ambitu asserunt qđ tu quoq; cõtemnis, cum & Aethereos orbes sphæricos esse neges. Nec sequitur, quod putas Si terra rotũda est, necesse est ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat. i. montes

erigat;campos tendat,maria consternat,cũ maiorem partẽ terræ sub aqua esse recte cognoscẽtibus indubiũ sit. Præte rea quis credat: quod tu supposita terræ rotunditate sequi autumas? Nullã partẽ terræ esse, quæ tum ab homonibus cæterisq; anĩalibus non incolere. Nã esto tellus circũquaq; (quod tñ euenire non potest) ab aquis libera nudare,non tamen sequeretur,eam ab omni parte habitabilem esse,ex multis causis quas ꝑtereo. Postremo nõ sine quadã odiosa petulantia,hoc Philosophoꝝ responsum irrides & cõtemnis asserẽtiũ,grauia centro inniti, leuia sursum tendere,& profecto quemadmodũ nescire te scribis quid de his dicas ita illi si tua legent quid de te dicãt tot erroribus inuoluto se nescire fatebun,utpote cõtra quẽ plurima dici possent. Tandem ꝙ ais,te multis argumẽtis probare posse, cœlum terra non esse inferius. Nemo credit hoc Lactanti,ꝙ cœlum terra sit inferius,mirũ est cur formides id ab aliquo obtineri posse,cum hoc ꝯcessis etiã Antipodibus nequaꝗ sequa, nimis in re ꝯcessa sollicitus es,& ne cœlũ cadat times maxime si deorsum incline. Argumentis tuis nõ est opus: probare enim id cuius oppositũ est impossibile,non prudẽtis est,aut eruditi,sed uerbosi & sibi ipsi ꝑ suauẽ labioꝝ tinnitum blandiẽti,id qđ tu hic de Antipodibꝰ calamo peregisse uideris. Hactenus de Lactantio & eo quidẽ mõ, quo quispiam ipsi aduersarius obiicere posset, quẽ quãti in hac Antipodum sententia putem faciendum,ex his intelligis quæ hactenꝰ retuli. Tu quod tibi uisum fuerit sequitor,nolui te per hæc mea cogi, sed monere uolui. Andreas Stiborius Canonicus Viennẽsis Theologiæ & Mathematice peritissimus & Encyclopediæ magister, satis tanti alioqui scriptoris,tantã temeritatẽ demirari nõ potuit cum ego ei caput hoc,qđ antea quidem legerat sed tũ attẽtissime ꝑspiciebat, Iudicii gratia faciẽdi ꝓposuissem. Nec abstinuit quidẽ quin assereret,magnũ Lactãtio apud doctiores & fidei & doctrinæ estimationẽ imminui ꝙ adeo hallucinatus esset, nõ ob hoc quidẽ qđ nescierit. Nescire enĩ humanũ esse aiebat, sed ꝓpterea magis,ꝙ adeo ꝯstanter ignorata partim defenderit, partim reiecerit. Nãq; ubi quis errori se addicit, dũmodo in eo ꝑstet sibiq; obsit soli tollerabile est id quidem,ubi aũt per insolentiã & ꝑtinacẽ fastum, & uero improperare, & tueri falsum ceperit,is nõ odiũ mõ cõmune, uerũ etiam

publicam

publicam refutationẽ cõmeretur. Mihi uero uidet hoc ex Hieronymi sentẽtia cõmode in Lactantiũ usurpari posse, qđ Picus in una ad Hermolaũ Barbarũ epistola cõtra eundem usurpauit, in hæc uerba. Si fuisses o Firmiane tam frequẽs in sacris literis, q̃ in fictis litibus fuisti, & hoc nõ dixisses & nostra nõ minus fortasse confirmasses q̃ destruxeras aliena. Sed de his satis. QVOD DE LACVS NOSTRI uocabulis nominibusq; quæris perlibenter respondeo, uerum si possum paucis, Nam permulta in Tertiũ Pomponii congessi de hoc lacu qui Acromus nominatur, Et in Patriæ illustratæ sylua secũda ad finem, quã quia fere adolescens scripsi, non eram editurus, Sed datã aliquãdo de edendo fidem adeo expostulat Hermannus Miles uir clarissimus, mihiq; & conterraneus & affinis, ut, quod aliquãdo pollicitus sum iam negare sine summo dedecore nequeã. POMPONIVS libro terti. Rhenus: inquit: ab Alpibus decidens prope a capite duos Lacus efficit. Venetũ & Acromũ. &c. quoꝝ alterũ eum esse cõstat, cui Hydropurgũ patria tua iuncta est, mea uero. i. oppidum Sancti Galli, pas. plus minus sex milib⁹ ad occasum distat. His hodie ab uicinis urbibus protrita uocabula sunt superior enim: ut scis: lacus Constantiensis, a Cõstantia urbium quæ ad eius sunt ambitũ clarissima. Inferior lacus Cellæ, a Cella oppido rei frumẽtariæ mercibus, admodum famigerato nomen habet, Sicut & Larius hodie Cumanus dicitur a Como. & Lemannus Genuẽsis a Genua, ut Cæsar, siue Gebenna ut fere alii. Albertus tñ noster nescio quomodo lapsus, Lemannũ hũc nostrum esse putauit, per quem Rhenus fluit, cũ Lemannũ ad Allobroges esse exq; Alpibus profluentẽ Rhodanũ transmittere, omnes scribãt. Luca. li. I. Deseruere: inquit: cauo tẽtoria fixa Lemãno, hæc autẽ in Galliis tum habuisse Cæsarẽ planum est. Raphael Volaterranus Acromũ lacum Bodinæ, uocabulo non sane feliciter excogitato nominat. Cum enim hoc ex lingua indigena ducatur, uocãdus potius est aut Podmicus aut Podamicus, cum & maioribus nostris Vernacula lingua dictus fuerit. Der Podmer see, quod ab antiqua familia nobilium de Podmen, olim admodum opulenta deductum est. NISI Quis Bodicum dicere malit hoc est fundo carentẽ. ita enim ꝓfundos amnes lacusq; Ligures & Lombardi dixere: quos ad lacũ nostrũ uersatos aliquando fuisse multa suæ linguæ

illic monimenta docent. Sed hoc puto minus etymo nominis accedere, licet & Padũ Plinius cap. decimosexto li. tertij a Liguribus Bodicum nominatũ scribat, quod suorũ lingua fundo carenté significet, & Acrom⁹ multis locis adeo altus existat, ut demisso ppendiculo fund⁹ deprehédi uix queat. HOC magis mihi quæstióe dignũ esse uidetur cur uetustis alter Acromus alter Venetus dictus sit? Quod & tu potissimum scire cupis literis tuis, nõ illis dico, pxime ad me datis quanq̃ & in harũ postrema pagina monebar, sed prioribus perq̃ (ut semper) elegãtibus & scitis quibus non iniuria dubitasse uideris Acromus ne apud Pomponiũ, an Acronius, legi oporteat? EGO ETSI Acromus diu probarim penitiori tñ uocabuli scrutinio facto, in eã sentẽtiã pedibus eo, ut Acronius legi debere defendã, hac uoce indicante Lacum nostrum minus uehementia frigoris quod nostræ hyemes afferre solẽt, offendi premiue, aut ulla glacie in uniuersum obduci, quod alioqui amnibus lacubusq; ad septẽtrionem uergentibus peculiare est. Græci nãq; scriptores mundi sitũ & terrarum partitioné scrutati eum Oceanũ qui in extimo Septemtrione, ob imensum eius cœli gelu, perpetua glacie obductus uidebatur, Croniũ. i. Saturniũ & frigidũ, tardũq; appellarunt. Autoribus inter alios Ptolomeo & Plinio. Hic enim cap. 13: libri nat. hist. 4. Septentrionalé Oceanũ, ab Hecatæo Amalchiũ nominatũ fuisse ait, q hoc nomie, Scythæ eius oræ, sua lingua congelatum significarent. Philemon a Cymbris Morimarusan, hoc est mortuũ mare dictũ, scriptũ reliquit, Ille eni Oceanus (quod aliis in locis min⁹ ꝯtingit) ad multa passuum milia rigescere & obturari glacie solet, ultra qué tamé in penitiori Arctoo latere Croniũ posuere uocabulo a Saturno qui grece Cronos dicitur deriuato, in cuius honoré instituta quoq; festa ta Cronia. i. Saturnalia, nominãt. Ob eandem causam Dionysio pigrũ mortuumq; mare dictũ esse credi debet: utpote sempiterna glacie rigidum, Methaphrastis Rhemnio & Prisciano id aperte indicantibus. Illius de Oceano Arctico scribẽtis uersus sunt hi.

Dicitur ille piger, nec non Saturnius idem,
Mortuus ast aliis, minimo q lumine Solis
Perfruitur, tarde radios nam suscipit ortos:
Nubibus & crassis premitur, nimbisq; grauatur.

Saturnius idem dicit: inquit: Mortuus ast aliis. &c. Vtroq;

ex Stellæ natura ducto, nam & tardiſsimi motus eſt, & naturæ frigide, uitæq; humanæ incolumitati maxime noxius: qua ex re extimũ inter uagas ſtellas in cœlo locum habere eum, ita artifice cœlorum prouidente, uериſimile eſt. Rufi autem in eandem ſententiã hii uerſus ſunt.

Nomine Saturni late iacet æquoris unda,
Hic denſata ſali ſtant marmora, pigraq; Ponti
Se natura tenet. &c.

Quia igitur lacus noſter undiq; uinetis arbuſtiſq; ſeptus, & uerno fere ſemper uultu conſpicuus, adeo raro glacie ſummis etiam Brumæ frigoribus ingruẽtibus contegit, ut rigeſcere eum portenti loco accolæ habeant, Acroniũ. i. ſine frigore, & Brumali moleſtia, dictũ putarim, imo conſtanter aſſeruerim: a particula priuatiua exiſtente, ſicut Atheon, dixere Priſci Diagorã, ꝙ an dii eſſent (teſte Cicer.) dubitarit. VENETVM uero alterum a colore marino qui & cœruleus eſt, nominatũ eſſe ſatis conſtat, Et licet utriusq; uocabuli ratio, utriq; lacui congruat. Malo tamen intelligi a Pomponio, ſuperiorem lacum, Acronion, Inferiorẽ autem Venetũ Acronio proximũ, quẽ & Cellæ lacum uocari dixim⁹ Quãq̃ Pomp. Venetum dicat & Acroniũ, quaſi Venetus introeũti Rheno uicinior ſit, nihil tamen ex hac locata uoculaꝝ ſerie probari poteſt, natura ipſa præſertim hoc quod uolui diſcrimen faciente. In Acronio, eregione Conſtantiæ paulo ad Septemtrionem Inſula eſt, cum Cœnobio uetuſto & opulento S. Marci ord. Diui Benedicti quo Corpus diui Marci eſſe & ſeruari hiſtorica fide perhibent. Memoria teneo Ioannem Stabium Mathematicũ uirum doctiſsimum & hiſtoriarum ueterum atq; recentiorum ad unguẽ eruditũ, cum de hoc cœnobio inter nos facta eſſet mentio, retuliſſe mihi uериſimile eſſe, Venetos qui ſe Marcum habere putant, nominis conformitate ſeductos: ꝙ apud nos ad Venetũ lacũ eius corpus ſitũ ſit: cumq; legerint in Veneto Marci corpus eſſe, in ſuo putarint. Quanq̃ in illa contentione reliquiarũ plus laudis eſſe q̃ periculi conſtet, De his lacubus in Sylua noſtra ſecunda, iuxta finem ſic orſi ſumus.

Acronii mihi Muſa lacus, Venetiq; modeſtas
Donabis laudes, Patrios nam blandus uterq;,
Circuitu quanq̃ ſpacioſo, amplectitur agros:
Summouet hic longo cedentia littora fluctu

Vnda patens, geminæ geminum cui nomen, utriq;
Phama ingens, & priscus honos, nãq; inclita passim
Oppida consurgunt, & cinctæ mœnibus urbes,
Quarum una est memori Constantia nomine, cuius
Mœnia præteriens, deducta cominus unda
Rhenus iter gelidam curuat celeratq; sub arcton.
Qui postq̃ elapsus Rhœteis alpibus, ortu,
Vitiferam transit sinuato flumine uallem,
Albentesq; undis campos: immergitur altis
Fluctibus, & longum propriis sibi uendicat undis
Non diuulsus iter: Tandem superante fathiscit
Agmine ab Eoa uenientis parte procellæ:
Qua lacus immenso tractu diffunditur, amnes
Vndiq; collapsos rapiens. Quem docta uetustas
Acronium dixit, rigido q̃ ab aere nullam
Accipiat glaciem, Scythico nec frigore pressus,
Vernanti Brumæ mitescat tempore fluctu.
Cœruleo Veneti nomen duxere colore,
Nanq; ubi Parrhasio Boreas propellit ab axe
Sudificus, nubes: splendensq; intermicat æther,
Aemula cœlesti ductim iacet unda colori,
Et tremulis uarium depingit motibus æquor,
Hic, ubi contractis iterum se includere ripis
Incipit, & salicum rursus proserpere in umbra
Rhenus Nympharum pater inclitus, & decus oræ
Arctoæ. &c.

Reliqua leges cum edentur: Omnino mecum faciunt, qui hunc lacum Brigantinũ a Solino nominatũ defendunt, cũ ille cap. tricesimosecundo, ubi de Gallia, inq̃t in hæc uerba. Si Thracia sit petẽda, excipit ager Rheticus opim⁹ & ferax Brigantino lacu nobilis. &c. Strabo enim ultra Rhenũ in meridiem ab eius fontib⁹, & in ortum Rhetos esse li. quarto scribit, post quos trãs Licum intra Istrũ & Alpes Vindelici, & quos ibidem Solinus nominat Norici, usq; ad Pannonas in ortum excurrunt. Brigantinum aũt a Briganto dictũ oppido perq̃ uetusto indubium est, quod ab Acronii capite situm, frequenti hodie hominũ habitatione est percelebre, Et quoniã ultra Rhodanum in ortũ solis Heluetii ad usq; Rhenum circum circa excurrunt, quod Florus quoq; li. tertio indicat, quicquid ultra Rhenum & Acronium est, ad

Rheticum pertinebit quos illis uicinos esse constat. Nõ me latet Ptolomeum non longe a lacu Verbano qui iuxta Larium est ad radices Alpium, Brigantios posuisse, de quibus tamen hic intelligi nil potest, cum ꝙ Italiæ confinia ad Galliam attingentia prius memorauit Solinus: tum etiã ꝙ ex Gallia, inferiori præsertim & ad Rhenum tendẽte, hac pte proximus in Thratiæ latus gradus est. HABES DE LACVBVS VENETO ET ACRONIO. Intellige paucis (ut faciam epistolæ finem) de Lucano: Non sane temere fecit, nec casu sed inquirẽdi gratia an hæc tibi forent in promptu, ille de quo mihi scribis Panno cũ de hoc Luc. lib. sexto Carmine quæsiuit. Quæ tetigit Philace, Pteleosq; , & Dorion ira Flebile Pieridũ: ubi de memoratis Thessaliæ urbibus mentio fit. Erratum enim est a Poeta doctis. alioqui & omniũ rerum perito, quod ego antequã literas tuas legi nunq̃ ani aduerti, quandoquidẽ & sensus per planus, & interpretum consensus, non aliud mihi offerebant. Verum cũ de Dorio lego Plinium inter Thessaliæ loca lib. quarti. cap. nono, Incido casu in Hermolaũ Plinianæ eruditionis Thesaurum et (quod omniũ maxime mirabar) hallucinatũ esse Lucanũ lego ꝙ is Thesaliæ oppido id tribuerit: quod in Achaia cõtigisset, ubi Dorion esset, irascentibus Thamyræ Musis memoratum, illud autẽ in Thessalia non Dorion sed Dotion dici. Verum est illud Horatii, Quãdoq; bonus dormitat Homerus, Verũ opere in longo fas est obrepere somnum. Cæterum ita esse ex Homero & Statio cap. quinto, quarti de historia naturæ Pli. Hermolaus probat. Ago ego tibi hoc loco gratias Rudolphe, ꝙ occasione studii tui, factus sum te prouocante eruditior. Nõ enim facile quis alius mihi de tanti scriptoris errore tam leui, quicq̃ persuasisset, & tanto rerum & Græcarum & Latinaꝶ censori fides debebatur, in tuto equidem ille gradum sistere mihi uidetur qui in rerũ obscurarum iudicio ab Hermolao non desciscit. HABES quod petieras, at nescio, an ea diligẽtia conquisita ut uotis tuis abunde possint satisfacere, ipse neruos cõtẽdi quodq; potui intra id tempus quod mihi ad scribendũ dabatur feci Nec elegantia aut iste suauis structuræ lepos, quo fere doctiorum literæ condiuntur expectandus est, aut desiderandus tibi, in his presertim, in quib⁹ res tractatæ plus loci dignitatisq; sortiuntur q̃ ulla nitoris gratia debeat occupare.

Si quid est,quod aut temeritati aut pertinaciæ accedere pu
taueris,id fide careat. Sin autem placuerint singula,eaten⁹
placeant,ut me Dauũ nõ Oedipum, ut uolebas, existimes:
quasi porro alia quærenti tibi,æqua festinatione satisfacere
possem,aut de quibusuis rebus proponenti,quod Carnea
des solebat,extemplo respõdere,quis enim hoc posset,nisi
doctissimus & expertissimus aliquis? Mihi certe ipsi multa
restant in his dubia scriptoribus, e quibus illa deprompta
sunt quæ te mouerunt.In summa gratissimum mihi erit, si
proximis tuis ad me literis, id egisse me affirmabis, quod
officii ratio postulare uisa fuerit. Nulla mihi alioqui cura
struitur in quãcunq; partem hæc nostra sedulitas casura sit.
Vale bene.& Stephanum Taurinum iurisconsultũ uirum
optimum & doctiss. si adhuc Istrograni apud Cardi-
nalem degit,meo nomine impense saluta. utq;
aliquid ad me literarũ det, hortare, ex eo eni
tempore,quo Roma reuersus Viennæ apud
me Collimitiumq;, & tum conuiuii nostri
Simposiarcham Iacobum Spiegel Iuriscõ
sultum & Secretariũ Cæsareum,una,
se amica iucunditate oblectauit,
quid agat aut qua fortuna sua
stet ꝯditio,nec fama nec lite,
ris intelligere potui:id qđ
mihi non parũ in homi
nis præserti tam amici
desiderio molestiæ
affert. Si isthic nõ
ẽ:mihi significa.
Vale iterum.
Viennæ,Austriæ.xvii.Kalen.Nouembris.
Anno.M.D.XIIII.


CONRADVS SCIPIO STVTGARDINVS
in laudem Singrenii.


Debet Singrenio multum ſtudioſa iuuentus,
Debet quiſquis amat dogmata culta ſenex.
Officium ille ſuum grato præſtare labore
Aſſolet, & ſtudium pendere utriq; ſuum.
Culta Caracterum uulgare uolumina dono
Et ſolidam aſſuetus paſcere amicitiam.

IMPRESSIT.

Hæc tibi Singrenius iam primum emiſſa Ioannes
Scripta Typis preſsit, cui bene gratus eris.

Nono Kalendas Iulias.
Anno.M.D.XV.
VIENNAE.





7634 VADIANUS (JOACHIMUS) Habes lector: hoc libello. Rudolphi Agricolae Iunioris Rheti, ad Ioachimum Vadianum . . . Epistolam, qua de locoꝶ nullorum obscuritate quæstio fit et percontatio. Joachimi Vadiani . . . ad eundē Epistolā, qua eoꝝ quæ priori epistola quæsita sunt, ratio explicat. Ea vero sunt. Quid Pli. cap. 2. libri septimi per Dodrantem intelligat, ubi de Pygmæis scribit: . . . Quid idem per Vnciam: cap. 16. intelligat, cum Gabbarē scribit longitudinem habuisse nouem pedum & totidem Vnciarum. De Antipodib⁹ qꝫ sint: & quomō sint, pulchra disputatio. Quæ causa Augustinum ad negandum Antipodas esse impulerit: & an recte negauerit. Ac Lactantio in Antipodū refutatione danda sit fides? Macrobiū & priscos fere, in Antipodū situ lapsos fuisse. De lacu Acronio et Veneto . . . *crushed red morocco plain, inside dentelles, g. e. by Riviere*

sm. 4to. [Colophon] *Hæc tibi Singrenius iam primum emissa Ioannes Scripta Typis pressit, cui bene gratus eris. Nono Kalendas Julias. Anno. M.D.XV. Viennae*

*** A—D in fours. The original catalogue quotes a very long and interesting note by Henry Stevens concerning the edition and the work itself, in which he remarks this is the "FIRST EDITION, of the very highest rarity and geographical importance. Unknown to Harrisse, who says, under 1515, 'We find under this date in Maittaire ('Annales,' vol. II, pt. 1, p. 267): Rudolphus Agricola junioris ad Joachimum Vadianum Epistola de locorum nonnullorum obscuritate cum Joach. Vadiani Epistolâ responsoriâ. 4to, but we are unable to state whether the Epistle of Vadianus mentioned in that work is the same which entitles the various editions of Pomponius Mela by Vadianus to a place in this compilation.' With the exception of the Letters of Columbus and Vespucci, and the first Decade of Peter Martyr of 1511, we know of no other single publication up to 1515 comparable with this in point of historical and geographical interest, so far as the new discoveries affect the geography of the ancients and are interpreted by it. This little book of Vadianus was suggested and edited by his friend Rudolfus Agricola, who addresses his Dedicatory Letter to Caspar Ursinus. In his answer to Agricola's Letter, Vadianus, after replying to the first two queries, has a very long dissertation upon the Antipodes. Throughout the treatise he seems well acquainted with the progress of discovery by the Portuguese and Spanish, and is acquainted with all the books printed relative to them. He adopts without hesitation the suggestion of the Gymnasium of St. Dié, and calls the *Mundus Novus* (that is Brazil) America, without explanation or qualification. It is not a little singular that this original special edition is not noticed by any geographers or bibliographers who have written about America, though Humboldt, D'Avezac, and many others have used with effect the reprint of it at the end of the Pomponius Mela, 1518."

